VARIETAS LECTIONIS

AD

M. T. CICERONIS

TUSCULANAS DISPUTATIONES,

EXCERPTA E

CODICE MS. BIPONTINO,

CUM ORELLII EDITIONE DILIGENTISSIME COLLATO.

AUCTORE

J. P. KRIEGER

GYMN. BIP. PROF.

PARTICULA I.

codicis notitiam et libri primi varias lectiones continet.

ACTUS SOLLENNES
GYMNASII REGII
BIPONTINI

DIE XXXI. AUGUSTI MDCCCXXXII

RITE HABENDOS

COLLEGII NOMINE

INDICIT

JOANNES HENRICUS HERTEL

GYMNASII RECTOR ET PROFESSOR.

Praemittitur varietas lectionis ad M. T. Ciceronis Tusculanas disputationes, excerpta e codice ms. Bipontino, cum Orellii editione diligentissime collato.

Particula I. codicis notitiam et libri primi varias lectiones continet.

BIPONTI,

TYPIS RITTERIANIS.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Asservatur in bibliotheca gymnasii Bipontini codex manuscriptus Tusculanarum disputationum, mea quidem sententia praestantissimus, sed ad libri contextum critice constituendum parum adhibitus. Ciceronis operum editores Bipontini, ut in ceteris libris ita quoque in Tusculanis disputationibus excudendis Ernestium potissimum secuti, inspexerunt quidem codicem, quod apparet ex notis, cl. Exteri manu Ernestianae editionis exemplo adscriptis: quae vero ab his Ernestii lectiones repudiatae sunt, eas magis ad fidem editoris cuiusdam, praesertim Lallemandi, quam codicis nostri habita ratione mutandas censuerunt.

Quae cum ita sint, operae pretium me facturum putavi, si codicis Bipontini scripturae diversitate summa cum diligentia excerpta, minutissimo quidem nec tamen inutili meo labore, praeclaro antiquitatis monumento rite emendando pro virili parte consuluerim. Jam igitur hanc priorem recensus particulam, praemissis quibusdam de codicis habitu observationibus, doctorum virorum usui atque judicio propono, reliquorum librorum varietatem alio tempore perlustraturus.

Est autem codex noster membranaceus, volumine oblongo potius quam quadrato, ad formam fere, quam octavam maximam dicere solemus. Membranae, lactei coloris, tenuiores, ut plurimum lectissimae, distinctae sunt in quaterniones ita, ut quaternae membranae compactae plagulas octonas vel paginas senas denas efficiant. Plagulae longitudinem explent digitorum $8\frac{3}{4}$, latitudinem $6\frac{1}{2}$. Qui codicem scripsit, ad calcem tantum cuiusque quaternionis, in imo margine ultimae paginae, prima sequentis quaternionis verba indicavit. Quaternionum numerus signis non notatur; insunt $16\frac{1}{2}$, plagulae vero literis impletae 131, quarum singulas in priore cuiusque summa pagina recentior manus numeris arabicis distinxit.

Continet codex Tusculanarum disputationum quinque libros integerrimos. Scriptus est totus eodem tempore et eadem manu, indocta illa quidem sed diligente atque elegantiae studiosissima. De tempore et loco, quo scriptus sit, non magis constat, quam de scriptore aut possessore, quorum ne nomina quidem indicata sunt. Quantum tamen coniectura assequi licet, ante saeculum XIII confectus esse videtur. Emendatorem codex non habuit. Leviores literarum aut vocum rasurae, passim obviae, ab ipso codicis scriptore factae videntur. Cernuntur tamen vestigia quaedam manus paullo serioris (forte saeculi XIV), quae argumentis margini adscriptis atro colore addidit voces: *philosophia* (fol. 18) et *philosophiae laus* (fol. 102). Denique libri primi praefatio (Capp. I — V.) haud paucas ostendit interpunctionis potissimum mutationes, ab alia manu, rudiore certe ac multo recentiore (Saec. forte XV.), profectas. Eadem manus plagularum seriem numeris notavit.

Codex vocibus distinctis ita est scriptus, ut literae spatium expleant, V digitos et VIII lineas longum, IV fere digitos latum. Inferior cuiusque paginae margo est XXVII, exterior XVIII, superior et interior IX linearum. Scripturae area ad circinum et normam aequaliter descripta est atque divisa, et circini puncta in exterioris marginis ultima ora alte impressa conspiciuntur. Versus sunt continui, non dissecti in columnas. Eorum numerus constanter est XXII. Vestigia linearum, quas in exarandis literis secutus est librarius, in aversa membranarum parte apparent.

Literae minori, quem dicunt, Romano charactere erecto elegantissime ac diligentissime sunt exaratae, nec admodum cohaerent. Litera I plerumque sine puncto *ı* scribitur; ubi duplex est, saepissime *ıı* notatur; *y* etiam haud raro habet punctum supra positum; v constanter scribitur *u*; s longiusculum in vocabulorum fine frequentissimum; *àer, poeta* diaereseos punctis carent; graeca interdum latinis literis pinxit librarius indoctus; accentuum signis distinguuntur adverbia *ferè, aliàs, sanè, unà,* acuto *á, é, eó* (tanto) *quóminus, propémodum,* interdum etiam verba, ut *opínamur, solére.* Signum ♂ bis occurrit, in vocativis *brute* (cap. I) et *iudices* (cap. XLI). Maiusculis literis librarius usus est in librorum titulis et in libri cuiusque primo versu. Singulorum vero vocabulorum prima litera maiuscula in versuum initio post maiorem orationis distinctionem constanter in marginem excurrit.

Tituli librorum et quae praeterea a librariis addi solent, literae A. (Auditor l. Atticus l. adolescens) et M. (Marcus) sermonem alternum significantes, marginis item argumenta, et scholia hic illic scripta inter lineas, ubique rubro colore sunt illitae. Literae, quibus singuli libri incipiunt, auratae et variis coloribus (coeruleo, viridi, coccineo) ornatae conspiciuntur. Dialogi vero initiales, ex librarii mente simili fere ornatu distinguendae, plane sunt omissae.

Scripturae compendia nec nimis frequentia nec intellectu difficilia occurrunt et magis ex necessitate quadam quam ex festinatione orta esse videntur. Sunt fere haec: œ (*ae* vel *oe*), e cum virgula adunca inferius adscripta (*ae*), & *et,* cū *cum,* iā *iam,* autē l. āt *autem,* nō *non,* hāc *hanc,* enī l. ēm *enim,* tamē l. tn̄ *tamen,* ē *est,* pōt *potest,* nr̄a *nostra,* ip̄o *ipso,* aī *animi,* aīo *animo,* hoīe *homine,* hrī *haberi,* hт̄ *habet,* ůo *vero,* mŏte *morte,* — ꝰ — *tur,* nă *natura,* ꝝ vel ꝶ *rum* in fine vocabulorum, quib' *quibus,* ꝑ *per,* interdum *par* (in *partes*) et duplicata notat *propter,* ꝓ *pro,* q; *que* in fine, ꝗ *qui,* q̄ *quae,* q̆ *quam,* q̊ *quo,* qđ *quod,* p̍mum *primum,* semel pħoꝝ *philosophorum.*

Scribendi ratio quomodo sit instituta, ex indice apparebit eorum primi libri vocabulorum, quorum scriptura, vel ex indole vetustioris aevi vel librarii quodam vitio, a vulgari discrepare solet. Scribit enim codex noster: *cum, quotiens, solemne, mulctare, bacca* (semel habet *baccharum*), *paulo, milia, solicitudo, quatuor, litera* (saepius *littera*), *causa, exanclare,* (pro exantlare), *aspicere, ascendere, astante* (contra semel *obscularetur* pro oscul.), *condicipulus, exultare, expectare, extingui, existere, extet, extiterunt, iccirco, quicquam, quicquis, quicque, isthuc.* Commutantur inter se literae e et ae vel oe, i et y, c et t, c et ch, n et m, p et ph,

p et h, t et th. Inde constanter fere legitur: *caelum, maetus* (pro metus), *aepulis, faemina, caelebritas* (sed *celaeber, celaebrare*), *saeculum, repraehendo, compraehendo, caerimonia, caeteri* (interdum etiam *coeteri*), *laetum* (semel pro letum), *praecatio;* contra *ne* (pro nae), *cepi* (pro coepi, semel *caeperat*), *herere, merere* (pro mœrere), *premium, pene* (etiam *paene*), *hesitans, egerrime; clipeus, cignus, cinicus, delyrare, sydera, hylaris; ocium* (pro otium), *ociosus, negocium, maesticia, laeticia, solsticialis; speties* pro species; *sepulchrum, simulachrum, lachryma, melancolicus;* — *tanquam, utrunque, plerunque, quenquam, veruntamen; trophei* (pro tropaei), *spera* (pro sphaera) *phama, phenestra, phanum* (pro fama, fen., fan.) *optinebis* (interdum pro obt.), *athomi.* Alias quoque aspirationem addit vel omittit: *helysium, hecqui, hostium* (pro ostium), *proh* ; *ilum, exalationes* (pro hil., exhal.). Accusativos et nominativos plurales non in *es* sed in *is* terminatos exhibet fere XIX. Saepissime verba conjunguntur, ut: *magnopere* (pro magno opere) *tantopere, impraesentia* (pro in praes.), *quominus, quomodo, istomodo, quodammodo, etsi, siqui, siquid, verisimile, nosmetipsos, centummilibus, perindequasi, mediusfidius;* nec raro habet ex. c. *perte* pro per te, *édoctis* pro e doctis, *ádeo* pro a deo, (praepositio accentu notatur); *ne* contra plerumque disjungitur, ut *non ne* pro nonne. Nomina propria plerumque prima litera minore et plurima corrupte scribuntur. Sic: *Aetholia, acheronte* (pro — unte), *chrito, chritias, chrespontes, corynthus, cyneas, dicearchus, endimion, eacus, epicarmus, epaminundas* (et—*ondas*), *erictheus, hyspania, helysium, horpheus* (in margine), *laumedon, lacedemonius, lacena, meneceus, museus, menon, mitylene, mydas, nevius, occeanus, polyclitos, ptholomeus, panctius, phedrus, pherecides, symonides, sepsius, sisiphus* (et *sisyphus*), *spartha, thiestes, thimeus, theodetes, termophilae, ulixes, yno etc.* Praeterea haud raro permutantur *aestimare* et *existimare, nec* et *ne, duos* pro *duo, cognoscere* et *agnoscere, iis* et *his, isthuc* pro *istud, haec* et *hoc.* Poëtarum dicta non distinctis versibus sed continuis verbis librarius scripsit. In versuum fine verba bene disiungére solet.

Orationis membra a manu prima quattuor tantum signis distinguuntur, quorum tria (: . et /) promiscue, ac primum quidem (: vel potius ⸗) frequentissime, tertium vero (/) rarissime librarius adhibuit. Quarto signo (?) interrogationes ut plurimum recte indicantur. Serior manus in prioribus codicis plagulis, genuina interpunctione interdum mutata, nova signa [; et ()] apposuit.

Titulus libri primi sic se habet:

MARCI. TVLLII. CICERONIS. AD. M. BRV
TVM. QVAESTIONVM. TVSCVLANARVM.
DE. CONTEMNENDA. MORTE. LIBER.
PRIMVS. INCIPIT. FELICITER. Praefatio.

Ceterorum librorum tituli, omissis verbis „*ad M. Brutum*“ et „*de contemnenda morte*“ tres modo lineas explent. In fine codicis habes haec: MARCI. TVLLII. CICE | RONIS. QVAESTIONVM. TVSCV | LANARVM. LIBER. QVINTVS. | &. VLTIMVS. EXPLICIT.

FE | LICITER. Τελος. — Prooemium libri primi concluditur his verbis continuis. „*Praefatio explicit. Narrationis exordium incipit feliciter lege.*“ Capitum vel sectionum distinctiones nullae reperiuntur.

Marginis argumenta ita sunt comparata, ut rerum atque nominum indicem quodammodo exhibeant. Passim etiam designantur voces rariores, v. c.: *initiatus*, *eulogium*, *endelechia*, *macte*, *mortes*, *exanclavisse*. Memorabiles vero libri sententiae interdum peculiari quodam signo notantur.

Scholia, hic illic (praesertim lib. I, capp. V — XIII) inter lineas scripta, nullius fere momenti putem. Numerus est XXXVIII, quorum XXX loco laudato reperiuntur.

Ceterum codex noster, ex alio quodam pervetusto et melioris notae libro cum argumentis et scholiis descriptus, in plurimis locis cum vetustissimis et praestantissimis (Regio, Gryphiano, Gebhardi, aliis) congruit. A reliquorum vero scripturis, quatenus ex Orellii apparatu critico erui potest, in uno libro primo trecenties dissidet. Ordo verborum plerumque cum optimis consentit, saepissime etiam ab omnibus secedit. Haec vero et alia permulta, quibus codicis nostri fidem commendari puto, ut luculentius et sine molestia ex varietatis indice perspicerentur, simul typis excudendas curavi Orellii V. Cl. adnotationes eas, quarum ope discrepantiae auctoritates reliquae facile oculis perlustrari possunt.

Signorum explicatio: *) Coniectura recentioris. Lectioni codicis Bipont. praemissus asteriscus indicat, illam receptam esse ab editoribus Bipontt. (†) locus corruptus. (—) lectio repudiata. (∼) lect. memorabilis, forte anteferenda. (=) lect. receptae fere par.

R(egius codex, saec. IX). b vel Bern(ensis codex, saec. XV). P(etri edit. Veneta 1470). — A(nonymi edit. Venet. 1481). — B(eroaldi edit. 1496). — S(churerii 1511). — E(rasmi 1525). — C(ratandrina 1528). — mC. (margo Cratand.). — Hervag(iana 1534). — V(ictoriana 1537). — M(anutiana 1555). — L(ambiniana 1566). — Col(oniensis codex). — Brut(i 1570). — Gr(yphianus codex). — Gebh(ardi cura, in Ed. Gruteriana 1692). — D(avisii de 1723 et 1730). — Da. (eiusdem de 1723). — Db(eiusd. de 1730). — Leid(enses cdd. apud Bouhier). — Lall(emandiana). Ern(estiana, 1.) — 1. (eadem). — O2x. (Codd. duo editionis Oxoniensis). — W(olfiana tertia 1825). — Sch(uetziana. 2.) — 2.(eadem).

VARIETAS LECTIONIS.

	Edit. Orellii.	LIBER I.	*Cod. Bipont.*
Cap. I.	§ 2. familiares		familiaris
	Quid loquar		*quod* (ser. manu corr. *quid*)
	tum *plus etiam* disciplina.		etiam plus
	3. Annis *enim* fere DX	—	annis fere (R. teste Bentl. O5x) quadringentis decem (O2x. sed R. c. Cdd. plerisq. PABSEL. Gebh. omnes CCCCX)
II.	4. aliquot ante *annis*,	—	annos (R. PSCVD. Lall. 1)
	recusaret lyram (R. SECVD)	~	* *recusasset* (O2x. PABML. 1. W. 2)
III.	5. qui *his* aetate anteibat (LDW)	—	* iis (PABCV. Gebh. 1. 2)
	Carbonem, Gracchos: inde (O1x)	—	*catonem*. gracchos inde (Cdd., etiam R. PAB)
	6. Latini libri		libri latini
	ab optimis *illis quidem*		*quidem illis*
	oratoriae *laudi*	—	* *laudis* (R. O5x. Guelf. P. Gebh. Ern. 1)
	fontes		fontis
IV.	7. scientia, copia, (L. Lall. W. 2)	—	* *scientiae* copia (Codd. pleriq. ABSECVMD. 1)
	quum motus	~	cum commotus (cuiusdam susp.)
	esset Isocratis		*fuisset*
	dicere etiam coepit		*discere*
	dedimus (Cd. Mureti. ? L. W. 2. etc.)	—	* *operam* dedimus (R. PABSECVMD. Bipp. cum Ern. uncis inclus.)
	nuper tuum		tuum nuper
	vellet: *ad* id (Pal. sec. etc.)	—	uellet. *At* id (O2x. P.)
V.	10. travectio (R. L.)	==	* transuectio (PSEVMD. 1. W. 2)
	siti enecatus (W. 2)	~	enectus siti (Nonius in v. *Summum*. R. D.) *siti* emendatum in Cod. pro *sita*. — *siti enectus*, cum Ern. etiam Bipp.)
	num illud	~	tum (R. O9x. D.)
	Sisyphu'		sisiphus
	hilum?		ilum.
VI.	11. sunt libri	==	libri sunt (CVD etiam Reg., teste Bouh.)
	Quis *est enim* tam excors	==	enim est (R.)
	Ubi *ergo sunt* ii	~	sunt ergo (PABSECVD)
	si enim sunt, nusquam esse		(sine commatis distinctione legitur)
	Igitur *ne* esse quidem?		nec
	et *tamen* miseros ob id ipsum		et miseros ob id ipsum
	12. *Qui* tandem? (O3x. M. L. Da. Lall. W. in ed. prima)	—	* *Quid* tandem? (Ceteri)
	ut *istud* dicam (R. DW 2)	==	* isthuc (Gebh. 1. istuc)
	Quid dicis igitur?		Quid igitur dicis?
	qui *tanta gloria* sit orbatus (Col. PM. Gebh. Db. 1. W. 2)	—	* qui tanta dignitate tanta gloria sit orb. (c. Codd. Reg. Lall. sicque Leid. Ed. vet. Bh.)
	ita ne miseri quidem sunt.		*itane* miseri quidem sunt.
	nam *istud* ipsum	==	* isthuc (R. Gebh. D. 1. istuc)
	13. antequam *sum natus*		*natus sum*
	ecquid		et quid
	de te *recordere*	~	recordare (R. Alii Cdd. Gebh. D.)
VII.	et non *eos*, qui (c. Cdd. aliq. et Ed. vet. Bh. Da. 1. W. 2)	~	et non *eos miseros* qui (R. PABSECVML. Db.)
	eo miseros esse (R. D. 1. W. 2)	—	eos (Ceteri)
	sed *tantum*, miseros		*tamen*
	quia non *sunt*		*sint*.
	sed *tantum*, miser M. Crassus.		tñ (quod constanter est *tamen*) M. crassus?
	14. *si* invenero melius:	—	*sed si* (e Cdd. Gebh. Db.)
	verum, *aut* falsum		*uel*
	Quum dicis igitur	~	cum igitur dicis (R. PABSECVMLD.)
	Quid? *qui* vivimus		quid *de nobis qui* uiuimus.

Cap.	§	*Edit. Orellii.*		*Cod. Bipont.*
Cap. VII.	§. 14.	in vita esse iucunditas		in uita *nobis* esse iucund.
VIII.	15.	Ecquid		hecqui (e Codd. Gebh. D. 1. * ecqui)
		ad *quam quum* sit decursum (R. Guelf. L. D. 1. W. 2)	—	*quem cum* (Ceteri)
		sed me esse *mortuum*		*moriturum*
		nihil *aestumo.*		* *aestimo*
		Sed quoniam coëgisti (M. L. Lall. W. 2)	—	* *et* (R. PABSECVD 1)
	16.	Jam *istud* quidem	==	* isthuc (MLD 1. *istuc*)
		Quia, quoniam post mortem		*quoniam quia*
		ne mors quidem est malum		*nec*
		ita ne moriendum		*itaque*
		Ut doceam, si *possim*		*possum*
		non modo malum non esse,	==	n. m. m. n. esse *mortem* (PABSECV. Fabr. Lall.)
		sed bonum etiam *esse mortem.* (R. M. L. Gebh. D. 1. W. 2)		sed bonum etiam.
		aveo tamen audire	—	*habeo* (cum schol. »possum«) Sic R. Gebh.
	17.	*non* respondebis? (P. L. Lall. W. 2)	—	* *nonne* (R. ABSECVMD. 1)
		superbum id quidem *est*	—	* *esset* (e Cdd. D. Lall.)
		malo *ne* roges	—	* *non* (cum Cdd. D Lall.)
IX.		probabilia		probabiliora
		veri videam similia (e Cod. Gebh. Lall. 1. W. 2)	==	uerisimilia uideam (R. PABSECVMD)
		sapientes		sapientis
	18.	putent		putant
		Catus Aeliu' Sextus.		catus aelius sextus,
	19.	suffusum		diffusum
		Animum autem alii		alii autem animum
		declarant * *nomine.* Nam et (W. coni. R. P. Gebh. 1. *nomen.* Alii *nominari*)		declarant: *nominant* nam et
		efflare		afflare
X.		cor, *sanguinem,* cerebrum (e Man. Cod. D. Lall. W. 2)	—	cor. cerebrum. (Cdd. tantum non omnes)
	20.	singuli. Ut † multi etc. (Bentl. D. W. 2)	—	Locus sic legitur: Reliqua ferè singuli ut multi ante ueteres. Proxime autem etc. (Bipp. singuli, ut)
		negavit esse, verum numerum (Alii: ullum, illum vero, merum)		negauit esse, *illum* uerum numerum
		in natura maxima esset		*á*
		parere (e Vat. D. Lall. 1. W. 2. Plurimi habent *seporare)*		separate
	21.	disputantium		disputantum
		Phthiotam		ampthiotam (repet. *am* praeced. vocab. *quendam)*
		frustra*que et* animalia (om. *et* b. M. Gebh. D. Lall. 1)		frustra animalia
		animantes		animantis
		aequabiliter		aequaliter
	22.	ἐντελέχειαν (ἐνδελ. ex Med. Ven. 1491. D. ∾)		endelechiam (marginis argumentum eandem scripturam refert. ∾ *endelecheiam* R. ABS. Bipontt. habent εντελεχιαν).
XI.		hae sunt *fere* de animo (R. b. Alii. P. D. W. 2)	—	* *fere omnium* de an. (ABSECVML. 1)
		magnum *quidem illum* virum		*illum quidem*
	23.	deus *aliqui* viderit (R. D.)	==	* *aliquis* (Ceteri)
		mortis metu		maetu mortis
		Efficiet enim ratio		*efficit*
	24.	Reliquorum sententiae		Reliquorum *uero* sententiae
		forte hoc	==	hoc forte (SE)
	25.	Nam (ABSECLW. 2.) istud (b.)	—	* iam (b. PVMD. 1.) isthuc (Edd. ante W. *istuc*)
		beatos nos *efficiet*	—	efficit (Ball.)
XII.	26.	remanere		manere

Cap.	§	Edit. Orell.		Cod. Bipont.
Cap. XII.	§.26.	Ego enim *istud*	=	* *isthuc* (CVMLD. 1. *istuc*)
		ad *istam* sententiam		hanc
		uti optimis		optimis uti
	27.	cascos		castos (t cum rasura emend. ex s. Marginis argumentum habet *cassi*. Supra *castos* schol. „*antiquos*“)
		quae *in* claris viris	—	quae claris uiris (e Cd. Lall.)
		humi *retineretur* (b. multi *retineret*)		humi *et retineretur*
	28.	cum dis agit aevom		* cum diis agit aeuum
		perlapsus		perlaxus
		Liber (R. PMLD. 2)		liber *deus* (CV. Gebh. 1)
		Semela (R b. a pr. manu. DW.)	=	* semele (Ceteri)
		Λευκοθέα (R. PD. = *Leucothea* Ceteri)		λευκοθέη
		plures		pluris
XIII.	29.	et ex *his* ea,	∼	iis (SE)
		profecti		profecto
		traduntur	—	tradantur (PAEVM)
		pateat		patet
		tractari coepissent	∼	tractare cepissent (R)
		tantum sibi		sibi tantum
	30.	. . . arbitramur, idque sentire. *Atque hoc* (b. Cid. Dav. PDW.) *ita sentimus* natura duce . . . (Bipontt. *hoc*)		* . . . arbitramur. *Idque* sentire atque *haec* (— Ceteri, etiam Sch. 2) *sentimus ita* nat. d.
XIV	31.	et *maximae* quidem (ML. prob. Fabr. DW. 2)	—	* *maxime* (b. PABSECV Lall. 1)
		* *ille* in Synephebis (W. coni. 2. — *ait in Syn.* R. b. Al. Cdd. — ait *Statius* BESCVMLD 1)	—	*Ennius* in sinephebis (Cdd. aliq. PA)
		rem publicam non seret? (cum Cdd. L. Seqq.)		*rei.* p. conseret (— *rem* p. conseret R. Col. PCVM)
		elogia		eulogia
		futura etiam		etiam futura
	32.	abisset		* abiisset
		religione		religionem
XV.	34.	principibus		princibus (memorabile ob rasuram)
		. . . Enni imagini' *formam.* Hic vostrum *panxit* maxuma f. p. (R. VMLW 2)		. . . Ennii imaginis *urnam*. Hic uestrum *pinxit* (— * PABSECD. 1) maxima f. p.
		nec funera	∼	*neque* (P)
		Faxit. *Cur?* volito *vivu'* per ora virûm		Faxit: *cum* uolito: *docta* per ora uirum.
		nonne in *his* ipsis libris (∼ iis SE)		nonne in libris ipsis
		quos *scribunt* de cont. m.		*inscribunt*
	35.	cesserunt (R. Db. W. 2)	—	* cesserint (b. P. Gebh. 1)
		existimandum		aestimandum
XVI.	36.	*iisque* humo tectis (b. SEW.)	—	* hisque (Ceteri)
		magni errores consecuti		consecuti magni errores
	37.	audiens *tam* grande carmen		audiens grande carmen
		structas		instructas
		mortuorum imagines (Cdd. aliq. MLW. 2)	—	* imagines mortuorum (R. PABSECVD. 1)
	38.	est ingenii		ingenii est
		sevocare (Ex Augustino DW. 2)	—	reuocare (Ceteri)
		ab consuetudine (R. PD)	=	* *a* (Ceteri)
		literis exstet [*proditum*,] (Ern. coni. 1 W. 2) Pherecydes *Syrius* (Guelf. D. Seqq.) *primus*	∼	litteris extet pherecides *syrus* (— R. VM. L. Gebh. D. Lall.) *primum* (Bipontt. qui *proditum* addunt)
		animos *esse hominum* (R. D.)	=	* hominum esse (Cet.)
		magnam *illam* Graeciam		ille
		honore disciplinae (L 1. W. 2)	—	honore et disciplina (PABSECVM. Gebh. Db. — *et* deest R.)
XVII.		nisi *quid* erat		quod
		descriptionibus		discretionibus

Cap.	§	*Edit. Orell.*	*Cod. Bipont.*
Cap. XVII	§. 39.	venisse et didicisse (R. Alii Cdd. Gebh. D. 1. W. 2. — Bipontt. habent reliqua, sed *cognovisse)*	— * uenisse *et in ea cum alias multos tum Archytam thimeumque cognouit* et didicisse (Cdd. aliq. PABSE.)
		sed *rationem* etiam attulisse. *Quam*	~ *rationes . . . Quas* (Cdd. aliq. prob. Bentl. Db)
		Ain' tu? quum (Da. coniect. W. 2)	— * *An* tu cum (Ceteri)
		deseris	~ deseres (O1x. Guelf.)
	40.	dubitamus, [*an,*] (del. Bentl. coni. D. Ern. uncis recl. W. 2. liberavit) sicut pleraque, [*sic et hoc?*] quamquam hoc quidem minime . . . (Bipontt. *dub. sicut pl., sic et hoc? q. h. q.)*	~ dubitamus. an sic ut pleraque quanquam hoc quidem minime . . (R. Alii codd. D.)
		complexum	complesum
		ut terrena	— * terrena (b MLD. 1)
		ad *pares* angulos	*pates*
		et pondere	ac
		hae sursum	*haec*
		sive *quod* a gravioribus	siue a grauioribus
	41.	*Si vero* aut numerus	*Siue* aut numerus
		quam *non* intellecta (Cdd. tantum non omnes. Edd. ante W.)	— quam intellecta (O1x. W)
		horum igitur aliquid *animus est*	*est animus*
XVIII		efficit *plures*	pluris
	42.	videri video Panaetio	— uidetur panetio (P. O2x. PABSECV)
		et *supera* semper petunt	superiora
		hoc etiam magis	— *Per hoc* (O1x)
		vel potius ardentior, *animus,*	*hic animus*
		terreno principiorum genere	terrenorum
		confecta	perfecta
XIX.	43.	*iunctis* ex anima tenui (R. D. Lall. W. 2)	— *iunctus* (i cum puncto. CVML. Gebh. 1. — vinctus PABS)
		efferendi	ferendi
		Tum enim sui (Bentl. coni. D. Lall. W. 2)	— *cum* (Cdd. etiam b.)
		adeptus (R. Alii Cdd. CVD. Lall. 1 W. 2 — *adeptus est* PABSEML)	est adeptus
		ad sui *simile* penetravit (R. O4x. b. EMLD. W. 2)	— * *similem* (PABSCV. Lall. 1)
	44.	ad *omnes* fere	omnis
		beati erimus (R. b. Oxx. omn. PML. Gebh. D. 1)	— erimus beati (ABSECVW. 2)
		erimus expertes	expertes erimus
		propterea *quod* et naturâ	*quidem*
		veri *visendi* (R. teste Bouh. O1x. PABSECW.)	~ * *uidendi* (b. mCVML. D. Lall. 1. 2)
	45.	in terris *patriam* illam	~ *patritam* (e Nonio MLW. prob. Bouh.)
		dispicere	despicere
XX.		inauratam	inaurati
		eiusque *quum situm*	*consitum*
		caloris *vacantes*	*uacantis*
	46.	ad *aures*	*auris*
		quibus tamen *sentire* nihil	*sentiri*
		mens, nisi id agat	nisi mens id agat
		colorem, *saporem, calorem,* odorem, *sonum?*	colorem. *calorem. saporem.* odorem. *sonnum?*
		ad eum omnia *referrentur,*	*referentur*
		ut idem (ABSEMLW. 2)	~ * et is (R b. Col. CV. Gebh. D. 1)
		iudex solus	solus iudex
XXI.	47.	spectacula	spectaculta
	48.	insolentiam	insolertiam
		diurno ac nocturno metu	*diuturno* ac noct. maetu
		si *physica* non	*physicam*
		timeretis?	*nunc timeretis.*
		Acherusia (R. D. Seqq.)	— Acherontia (Ceteri, exc. L. Gebh. qui *Acheruntia)*

	Edit. Orell.	Cod. Bipont.
Cap. XXI.	§. 48. *qui* haec sine doctrina	∾ *quoniam* (R. O2x. prob. Bentl. D.)
	crediturì *fuerint*	∾ *fuerunt* (R. O4x Rom. 1469)
	49. *Plato nullam* afferret	= *nullam plato* (PABSECV)
	50 conformatio	confirmatio
XXII.	in homine * *vivo* (de Bentl. coni. D. Lall. W. 2.)	— *uno* (Ceteri)
	in *conspectum* videatur	*conspectu*
	51. qualis animus *in corpore sit*	*sit in corpore*
	alienae *domi*	∾ *domui* (R. Col. O2x. mC. VM)
	quasi domum suam	*tanquam*
	liberatum	libertatum
	52. *neque* ego, *tibi* haec dicens (*tibi* (R.) b. Al. Cdd. CD. Lall. W. 2)	*nec* ego haec dicens (— om. *tibi* O1x. V)
	hunc igitur *nosse* nisi	*nosce*
	praeceptum, *sic ut tributum deo sit.* (M. W. 2.) Sed si	— praeceptum tributum à deo. *Sit hoc se ipsum posse agnoscere.* Sed si (R. b. sed *cognoscere.* Om. *hoc* PABSECV. Bipp. om. *sit hoc*)
	53. ipse animus *nesciat*	— * *nesciet* (Gebh. tacite. D. Lall. 1)
	ne moveri quidem se?	*nec*
XXIII	vivendi finem *habeat* (R. Alii. PD. 1. W. 2. Ceteri: *quoque* f. habeat)	*habet*
	quod se *ipsum* movet	*ipse*
	desinit	desit
	principium est *movendi*	*uiuendi*
	54. *nulla ex re* alia nasci potest	ex re nulla
	ne occidit quidem unquam	*nec*
	nec *ex* se aliud creabit (Cdd. aliq. Macrob. Da. — R. om. *ex* — Edd. *a*)	— *de* (Alii)
	id autem nec nasci *potest*	*poterit*
	qua *a* primo impulsa (Macrob. Multi in Somn. Scip. W. 2.	qua primo impulsa (R. b. P. L. 1. — Bipp. qui *impulsu*)
	aeternum *id esse*	*esse id*
	Inanimum est enim omne	*In animum*
	quod autem *animal est* (Somn. Sc.)	= est animal (R. Col. mC. Gebh. D. 1. W. 2 Bip. *est animale.*)
	Nam haec *est* propria natura	Nam haec propria nat.
	quae se *ipsa* semper moveat (de Bentl. sententia D. Seqq.)	= *ipsam* (Priores)
	55. plebeii omnes	= omnes plebei (Cdd. aliq. D. *plebeii*)
	ut ipse unquam *a* se deseratur	*ab*
	Ego vero facile *sum* passus	∾ * *sim* (R. Alii. D.)
XXIV.	56. quae *declarant*	*declarat*
	57. Nam in *illo libro*	*libro illo*
	Meno (L. W. 2)	— * menon (b. ABSED. 1)
	interrogationes sunt	sunt interrogationes
	quo si geometrica didicisset (R. L. D. Lall. 1. W. 2)	quasi (PABSECVM. Gebh.)
	Quem locum multo *etiam* accuratius	*etiam* (omiss.)
	eo ipso die, *quo* excessit	*in quo*
	ἐννοίας	emnias
	58. idque solum *esse*	*est*
	quale *ἰδέαν* (R. b. Alii etc.)	quale idean
	haec in corpore inclusus	*hoc* inclusus in corpore (— *hoc.* ABSECV)
	tum *agnoscit* illa	*cognoscit*
	59. *quo* meminimus	*quod*
	aut unde *natam* (c. Cdd. aliq. L. D. Lall. 1. 2)	— natura (Gryphii Cd. P.)
	de communi *hominum* memoria	— *omnium* (R. mC. V. Gebh. Lall.)
	versantur	uersatur
XXV	60. Quorsus (cum Cdd. etiam b. PD. Lall. W. 2)	= quorsum (Ceteri)
	terrane *tibi, aut hoc* nebuloso	∾ *tibi hoc* (R. Gr. Med. D)

3

Cap.	§	*Edit. Orellii.*		*Cod. Bipont.*
Cap. XXV.	§. 60.	si *ne* id quidem		nec
	61.	aliquam in animo		aliqnam animo
		et *memoriam esse* signatarum rerum	==	esse memoriam (Cdd. Bentl.)
	62.	ad societatem vitae conv.		ad societatem conuoc.
		stellarum *cursus, praegressiones, institiones* notavit?	—	stellarum *motus:* cursus: *progressiones: institutionesque* notauit. (~ *motus, cursus.* Leid. Oɪx. PABSEC. *progr.* b. — *institut.* Cdd. Edd. ante M. *que* om. Gebh. Db.)
		et astra *suspeximus*		*suspensimus*
		motus qui [animus] vidit. (W. 1. *anim.* del. W. 2)		motus qui animus uidit
	63.	sphaeram — — sphaera		speram — — spera
XXVI.	64.	ut Plato [ait,] donum, (Orell.)	~	ut plato donum (R. Oxx. omn. D.)
	65.	*nec* Homerum audio		*non*
		a diis raptum ait		*ab*
		Ergo animus, ut ego dico, divinus, ut Euripides dicere audet, deus *est.* (R. L. Lall. W. 2)	—	* Ergo animus *qui* ut ego dico diuinus *est.* Ut Euripedes *dicere audet* deus. (b. D. — *audet dic.* V. Gebh.) Bipp. c. cett. om. *qui.*
		humanus animus *est expers*		*expers est*
		his ipsis verbis		*iis*
		haec expressimus	~	*hoc* (R. Alii. prob. Bentl. D. Lall.)
XXVII.	66.	nihil *ne* aut humidum		*ue* (ve)
		in naturis nihil *inest*		*est*
		nec *invenietur* unquam		*inuenientur*
		nisi *a deo*		*adeo* (sine accentu)
		seiuncta ab *his*		*iis*
	67.	eadem *e* natura		eadem natura
		ne *iis* quidem, quae habeo	—	*his* (PABCV)
		Non valet *tantum* animus		*tamen* (c. compendio script.)
		ut sese ipse videat (ABSECML. W. 2.) Bipp. *se* cum Ern.	—	ut *se ipsum ipse* uideat (b. P. V. Gebh.)
XXVIII.	68.	eorumque *omnium* moderatorem		eorumque moderatorem
		deminutione (R. L. D. W. 2)	—	* diminutione (b. Ceteri.)
		fastorum *notis signantem* dies (e Cdd. et Edd. vett. Ern. 1. W. 2)	—	fastorum *notantem et significantem* dies (R. Edd. ante D.)
		constantissime *servantes*		*seruantis*
		habitabilem et *cultum*		cultam
		Aquiloni'		* aquilonis
		ἀντίχϑονα (E. Gebh. Seqq.)		andaxona (— ἀντάξονα CMVL.)
	69.	nitescere (R. b. PABSECVMLD. W. 2)	—	* mitescere (Gebh. 1)
		deorum, *ipsorumque* cultorem	—	deorum *eorum* cult. (R.)
		parentia (— *patentia* Codd. aliq.)		parientia
	70.	*possumusne* dubitare		*possimus ne* dub.
		aliquis vel effector		aliquis *conditor* vel effector
		tamen, *ut deum* agnoscis		tamen agnoscis
		sic ex memoria rerum, et inventione,		sic ex mem. et invent. rerum
		agnoscito		agnosco
XXIX.		*ubiubi* sit animus (CVML. Lall. W. 2)	~	*ubi* (R. Gr. b. prob. Bentl. D. qui om. *nunc*)
		quae est ei natura? Propria, puto, et sua		quae est et natura propria puto et sua.
	71.	quum facile posset *educi e* custodia		cum *educi* facile posset *a* custodia
		et quum paene *in manu jam mortiferum illud teneret* poculum, locutus ita est,		et pene in mortiferum illud tenens poculum ita locutus est: (*quum* om. Oɪx)
		escendere (R. D.)	—	* ascendere (*adsc.* Ceteri.)
XXX.	72.	et se totos libidinibus *dedidissent*	—	dedissent (Gr. Alii Cdd. Gebh. solus ex Edd)
		caecati * *vel* domesticis (Bentl. coni. D. Seqq.)	—	* uelut (Cdd. PABSECVML. Gebh.)
		iis devium quoddam	~	*his* (R. D.)
		ab *his* semper sevocassent	~	ab *iis* (SE) semper *seuocauissent* (== Gr. PAB.)
		a quibus essent profecti, reditum facilem patere.		a quibus profecti essent facilem reditum patere.
	73.	*qua* providentes quid	—	*quia* (PABSEM)

Cap.	§	*Edit. Orellii.*	*Cod. Bipont.*
Cap. XXX.	§. 73.	acies se *ipsa* intuens (c. Cdd. D. 1. W. 2)	— *ipsam* (Priores.)
		multa *adversa* reverens	*auersa*
		tamquam rate (ABSEW. 2)	— * tanquam in rate (R. Gr. b. PC. Gebh. 1)
	74.	Sed haec *et* vetera	Sed haec uetera
		ut *causam* moriendi	causas
		iniussu	in iussu
		nae ille, medius fidius	*ne* ille mediusfidius
XXXI.	75.	nec quidquam aliud, *est mori discere* (de Bentl. coni. D. W.)	— nec quicquam aliud *est nisi emori discere* (O2x. *nisi. quam emori* PABSECVML. Lall. 1)
		quare *hoc* commentemur	*haec*
		ex *his* vinclis emissi	*iis*
	76.	Satis *tu quidem*	== *quidem tu* (cum Cdd. aliq. Gebh. 1)
		his vero *modo* auditis (RPLD)	— his uero auditis (ABSECVM. Lall.)
		et sive retractabis	siue retractabis (om. *et*)
		si quidem *vel* dii ipsi	si quidem dii ipsi
		ulla uti ratione *mors* tibi (L. Db. Lall. W. 2)	— ulla uti ratione *ut mors* tibi (R. b PABSECVM. 1)
	77.	quisque, acerrime (Ms. Manutii, probb. Bouh. et Ern. W. 2.	— quisque *contemnit.* Acerrime (Ceteri omnes)
		tres libros	*tris*
		Mytilenis (W. 2. Cet.)	== mitylenis (CVML.)
XXXII.		etiam si ita *sit*	*sint* (~ Cod. Schotti, qui *ista)*
	78.	etsi *nihil nimis* oportet (Oxx. aliq. EMLD. Lall. W. 2)	— et si *nihilanimis* (R. Gr. b. PABSECV. 1)
		simus armati	*sumus*
		animos manere, e corpore quum	manere animos cum e corpore (== *quum e corp.* R Gr. prob. Bentl. D.)
		id certe non dant	— *iccirco* (R. Gr. P)
		quum diu permanserit	manserit
	79.	locis divinum, quem *sapientissimum, quem* sanctissimum	locis diuinum quem sanctissimum
		quod *declaret* eorum (R. D. 1. W. 2)	— declarat (Priores)
XXXIII.	80.	Haec *refelli* possunt	*repelli*
		de aeternitate animorum *dicatur*	*dicantur*
		contra quem haec *dicuntur* (O1x. Ern. 1 W. 2)	— *dicantur* (Priores)
		quae gignuntur *in corpore*	a corpore
		cur *nascantur* animi, similitudo (Oxx aliq. ML. Oliv. 2)	— * cur *nascatur* animi similitudo (Cdd. pleriq. Edd. ante M. Gebh. Lall. etc.)
	81.	Omitto * *dissimilitudines* (de Bentl. coni. D. W. 2)	dissimilitudines (Sic)
		cuius suorum similis	*cui*
		facile deterrimus	*facie*
		cuius etiam similis P. Crassi	*huius*
		quidquam mali esse in morte?	quicquam esse in morte mali?
XXXIV.	82.	non remanere post mortem:	post mortem non remanere.
		* *vides* nos, si ita sit (W. coni. tacite. Sch. 2)	— * *Video* nos: si ita sit: (Ceteri omnes)
		Nemo *id quidem* dicit; *etsi*	Nemo quidem id dicit, *quia si*
		Democritii (de Bentl. sententia. Codex Bipont. in scholio cap. XI scribit *democritios)*	— * democritici (plurimi)
		exiguum! * *At* falsum (de Bouh. coni. W. 2)	— * exiguum *et* falsum (Ceteri)
		hoc *leve* est	— *breue* (C2d. Davisii in marg. Bentl.)
	83.	si quaerimus. *Et* quidem hoc (R. Col. Alii. prob. Bentl. D. — *Hoc quidem* Ceteri)	si quaerimus *haec* quidem hoc
		a rege Ptolemaeo	*ab* rege ptholomeo
		iis auditis (etiam b.)	— * *his* (PABCVLD. 1.)
	84.	Eius autem, quem *dixi*	*dixit*
		Possum * *idem* facere (de Ern. susp. W. 2. Bipp. *possem id)*	— *id* (Ceteri)
		Mitto alios	— *Omitto* al. (ABSECVML.)
XXXV.	85.	*honoratis* quattuor filiis (de Bentl. coni. D. 1. W. 2)	— *honoratus* quatuor filiis (Ceteri)

		Edit. Orell.		Cod. Bipont.
Cap. XXXV.	§. 85.	*e quibus septemdecim* (R. b. Alii Cdd. D.) iusta uxore *nati* (b ABSECL. Db. Lall. W. 2)		*quibus* (— Cdd. aliq. PV Gebh.) XII iusta uxore *natis* (— R. PVM. Gebh. Da. 1)
		eandem habuit fortuna		*eadem*
		sed usa in altero est (— *lusa* O3x PC)		*seclusa*
		Metellum *enim* multi filii,		Metellum multi filii
		Quasi vero ista * *vi* quidquam (de Petri Crassi coni. L. oliv Lall. W. 2)	—	* uel (Cdd. noti Edd. ante L. Da. 1)
		occidisset, † *tum* (Col. Alii Cdd. CL. W. 2.) eventum		*accidisset* (— Cdd. aliq. Gebh. Db. Lall.) *tamen* (sine compend. — * b. PABSECVM. Db 1) euentum
		omnino amisisset:		*omnium* amisisset
	86.	aegrotasset (R. Ed. vetus Bouh. Lall. 1. 2)	—	aegrotaret (Ceteri, etiam b. W.)
		gratulabantur		gratulabuntur
		certe a *miseris*	—	*miseriis* (Cdd. aliq. A. prob. D.)
		non liberi *deleti* (Cd. Urs. O2x. W. 2)	—	* *defleti* (Ceteri.)
XXXVI.		tamen, *quia* possunt		tamen possunt
	87.	*ergo* etiam carere mortuos		*igitur*
		haec, opinor, incommoda (R. b Alii. DW. 2)	—	* *Opinor haec* (Ceteri)
		Valet *hoc* in vivis:		*haec*
		etsi cornibus caremus (b. Eliens. sec. SDa. W. 2)	—	*aut si* (ABCVML. Db. W. in ed. pr.)
		nec natura sit aptum, non *careas*		cares
	88.	hoc *premendum* etiam atque etiam est		*promendum*
		argumentum	—	*arguendum* (R. O3x. PABSECV)
		nisi quum *sic, tamquam* in febri		*sit tanquam*
		Dicitur *enim* alio modo		dicitur alio modo
		Carere in *malo* non dicitur; (b. SEW. 2)		carere *enim* (— B. C. Ern 1 *) *in morte* (— PAV. Gebh ∾ om. *enim* R. Alii D. Lall.)
		Sed in vivo *intelligi tamen* potest		*tamen intelligi*
		Carere *enim* sentientis est		*autem*
		ne carere quidem igit. in m. est.		*nec*
XXXVII.	89.	magno opere		* magnopere
		quoties		quotiens
		obiecissent	—	obiecisset (O3x. M.)
		Geminum		geminium (sic et. in argum. marg.)
		, Latini Albinum		. Latina alb.
	90.	At id ipsum odiosum est, sine sensu esse. Odiosum, si id esset carere. Quum...		M Et id quidem odiosum est A. Odiosum si id esset carere. Cum. (— M et A etiam Col. Cod. Urs. PABSCV.)
		quod *in hoc* inest omnis		quod inest omnis
		universo, illud *animal,* quod fuerit		uniuerso: illud quod fuerit
		si *haec* post trecentos et quinquaginta		si *hoc* post. CCC. et. L.
XXXVIII.	91.	*et* posteritatem ipsam	∾	*ut* (R. Gr. O6x. P.)
		ad se putet pertinere		ad se pertinere putet
		mortale esse *animum*		*animam*
		Natura vero *sic se*	=	*se sic* (R. VD.)
	92.	Latmo		lamio
		nondum, opinor, est exp.		*non dum*
		quum in eius simulacro		cum in simulachro eius
XXXIX.	93.	tempus? *Naturaene? At ea* quidem dedit		tempus? Natura ne adeo quidem ded.
		conditione *acceperas. Iidem,* si		conditione *accepisti. Idem* si
		ne *querendum* quidem		*quaerendum*
		qui *exacta* aetate moriuntur		*et acta*
	94.	Nam, reor, *non ullis,* si (Col. L.)	—	* *nullis* (R. Gr. Cd. Schotti. V. Gebh. D. 1. W. 2)
		Nihil *est enim* profecto *homini*		*enim est... hominis*
		opinantes		opinantis
		ita longa aut brevia dicuntur (El. D. W. 2. *aut* etiam Bipp.)	—	*a uita* (Gr. b PABSECV. Gebh. 1)
		Hypanim		hipamen
	95.	*omnes* ineptias		omnis

Cap.	Edit. Orell.		Cod. Bipont.
Cap. XL.	§. 95. quod enim * *lenius* (de Bentl. coni. DW. 2)	—	* *leuius* (Ceteri)
	et in omni virtute ponamus.		et ... ponamus *iussu tyrannorum.* (Ex sqq.)
	consecuti *simus* (R. teste Bouh.? EW. 2)	∾	* sumus (Ceteri)
	96. *et* desiderando		*ac*
	pro dii		* *proh*
	qui in eum fuit *teterrimus* (Alii *taeterr.*)		*deterrimus*
	cui venenum *praebiberat* (R. Gr. Cd. Schotti. D. Lall.)	—	*qui* uenenum *praebuerat* (PABSECVL. Gebh.)
XLI.	97. Vadit in eundem	—	Vadit *enim* in eundem (Cdd aliq.)
	sensus *omnino omnes* mors		*omnis omnino*
	ex *his* locis morte migretur		*iis*
	quid lucri est *emori*	—	* *mori* (Guelf. O2x. Ern. 1)
	cui *si* similis futura (C2d. Bentl. coni. D. Lall. 1. W. 2)	--	cui similis futura (R. Edd. ante D.)
	98. appellentur	—	appellantur (Cdd. aliq. Ed. vetus Bouh., ipso prob.)
	iuste *et* cum fide vixerint	—	iuste cũm f. uix. (R Cdd. pleriq.)
	quanti tandem *aestimatis?*	—	*existimatis* (Leid. prob. Bouh.)
	Equidem saepe emori,		*quod quidem*
	iudicio *iniquo* circumventos (— *iniquorum ventos* R. et alius cod. Bentl.)	—	*iniquorum* (Ceteri, etiam W.)
	Ulixi (DW. 2)	—	ulixis (b. et in *is* plurimi)
	ne vos quidem. Iudices, *ii*, qui me		*nec* uos q. iud. *hi* qui me
	99. *nec* unquam eius res		*neque*
XLII.	*Nae* ego *haud* paullo		*Ne* ego *autem* paulo
	100. omnibus, intelligamusque		omnibus. Intelligamus
	mors si est misera, *miseriae* (Cd. Med. W. 2)	—	mors si est misera (Cdd. ceteri. PABSECVM. 1)
	finis *esse nullus* potest		finis *nullus esse* potest
	tanto opere		* tantopere
	Ego vero illi maximam gratiam habeo		Ego u. maximam illi habeo gratiam
	sine *versura* possem	—	*usura* (Cdd. aliq.)
	qui tam magno *animo fuerit*		*fuerit animo*
	101. alacres in eum locum		alacris
	arbitrarentur		arbitrabantur
	in *quos* Simonides	—	in *quo* symonides (O4x. PABSECV.)
	quum Perses hostis		cum hostis perses
	102. in proelium *misisset et interfectum audisset,* Idcirco ...		in proelium *amisisset.* iccirco
	pro patria *mortem* non dub. occ.		pro patria non dubit. occ.
XLIII.	putescat (R. O1x.)	==	* putrescat (Ceteri)
	103. operam, *amici,* frustra		operam *amice* frustra
	me hinc *avolaturum, neque quidquam mei relicturum.* Verumtamen		me hinc *aduolaturum.* Veruntamen
	ut tibi *videbitur*	∾	*uidetur* (R. O6x. prob. Bentl. D.)
	qui et amico permiserit		qui *se* et amico perm.
	104. * et *is* quidem *idem* sentiens (W. coni. 2. — *et is q. sent.* b. Cdd. Bentl. — *et idem quidem s.* L. — *et id q. sent* Cett. Edd. ante D. item Lall. 1)		et quidem sentiens
	sed bacillum *propter* me (Col. mC. Gebh. seqq.)	—	propė (Edd.)
	non enim senties		sentias
	auferri (R. Col. b. PABSE. DW. 2)	—	* afferri (O2x. CVML. Gebh. 1)
XLIV.	105. aegerrume		* egerrime (aeg.)
	Attius (LW. 2.)	==	* Accius (R. b. CHVD. 1)

	Edit. Orellii.		*Cod. Bipont.*
C. XLIV.	§. 105. „Immo *enimvero corpus Priamo reddidi, Hectorem abstuli.*" Non igitur *Hectora* traxisti, sed corpus quod fuerat Hectoris.		Immo *enim hectorem abstuli: corpus priamo reddidi.* Non igitur *hectorem* traxisti. Sed corpus quod *hectoris fuerat.* (= *hectorem* secunda vice O2x. W. in ed. sec. 2)
	106. Mater, te appello, *quae* (Cdd. aliq. ML. Lall. W. 2)	—	* *tu quae* (b. PABSECVD. 1)
	concinuntur		concinnuntur
	* *Neu* reliquias *sic meas siris*, denudatis ossibus, Tetra sanie delibutas, foede *divexarier.* (de Bentl. coni. DW. 2)	—	*neu* reliquias *semiassi Regis* denudatis ossibus: *per terram* sanie *delibutam* foede *deucxarier.* (L. cum O2x. Ceteri * *delibutas.* — *heu* Gebh. 1. *reis* Bern.
	107. poeniuntur (Nonius. R. VL. D. sed VD. *puniuntur*)	—	puniunt (PABSECM)
	primum *ut* naufragio		primum *tamen ut* naufragio
	sanie *et* sanguine atro		*e*
	magis *sensu omni*		magis *omnia*
	se *hic* cruciatum		se cruciatum
	quae essent dura (Cod. aliquis Regius, teste Lall. Ern. 1. tacite. W. 2)	∼	* *quam* (Ceteri omnes)
	si sentiret (∼ *sentirentur* Cod. Lall.)		si sentirent
	nulla sine sensu *sunt.* Illud	—	nulla sine sensu? Illud (Cdd. aliq. D.)
	quo *recipiat* (R. b. PABCVM. Gebh. DW. 2. Alii *quo se* et *quod*)	—	* recipiatur (L. Lall. 1)
XLV.	108. servant domi (R. Alii. D.)	=	* domi servant (Ceteri.)
	circumlitos *condunt*	—	*condiunt* (PABSECV.)
	publicos alit canes (— *supplicos* R.).		*supplices* (Alii.)
	canum *illud scimus* esse		*scimus illud*
	optimam illi esse censent		illi optimam censent esse
	locus *est* contemnendus		locus contemnendus
	109. animo oppetitur	—	appetitur (O7x. PABSE.)
	* *quam* utinam potuissem (D. coni. 1. W. 2)	—	*quae* (Ceteri, etiam W. 1)
	at vita acta *perficiat*		*perficiet* (Rathii suspensio)
	tamen *suis* et propriis (L. DW. 2)		* *summis* (Ceteri.)
	bonis *et* laudis		
	tamen virtutem tamquam		bonis laudis
XLVI.	110. quoquo modo		uirtutem tamen tanquam.
	Salaminii tropaei	—	quomodo (multi)
	Leuctra		salamini trophei
	duo Scipiones, *duo* Africanos (Gr. Alii. Gebh.		leuctrae (*ae* per comp.)
	Seqq.)	=	duos (bis. Priores)
	volet etiam *mori* (∼ *volet emori* Bentl. susp.)		*emori*
	111. *duo* suos filios (Gebh. DW. 2)		*duos*
	tres Olympionicas		*tris*
	cunctari		cunctare
XLVII.	112. M. *Num* igitur etiam		A. *Nunc* igitur etiam
	relinquimus? A.		relinquamus. M.
	aveo enim audire		habeo
	113. praedicantur: nota fabula est.		praedicabantur. Nota est fabula
	sollenne et *statum* (Cdd. aliq. E. Hervag. ML. Gebh. Seqq.)	—	solemne et *statutum* (R. Alii Cdd. PABSCV.)
	vehi *ius* esset		uis (cum puncto.)
	morarenturque		morareturque
	iuvenes *ii*, quos		*hi*

		Edit. Orellii.	Cod. Bipont.
C. XLVII.	§. 113.	illis praemium (— *illud* El. sec. ∼ *praemii* R. Alii.)	illud premii (∼ D. de Bentl. sent.)
		mane inventos	inuentos mane
	114.	Trophonius	triphonius
		petierunt	petiere
		operis *et* laboris	ac
		et eum quidem deum	et eum deum quidem
XLVIII.	115.	Cresphonte	chresponte
		coetus celebrantes	cetus celaebrantis
		reputantes	reputantis
		at qui labores	atqui labores
		graves	grauis
		hunc * *omni* amicos (D. coni. Lall. 1. W. 2 *hunc* om. ML.)	— *omnes* (Cdd. PABSECV. Gebh.)
		Terinaeum	terinaneum
		Elysium	helysium
		filii mortem maereret	morte filii mereret
		psychomantium	sichomantium
		tres huiusmodi	tris huiuscemodi
		errant	errarent
		Euthynous	heutineus
		numine, *leto.* (Cdd. aliq. v. c. Bern. AB. D. 1. Lall. (qui tres = *letho*) W. 2.)	— laeto (PSECML. 1566)
	116.	Alcidamas *quidem* (b. a pr. manu. de Bentl. coni. DW. 2)	* *quidam* (R? Ceteri omnes. Apud Orell. deest nota —)
		rhetor *antiquus*	*antiquis*
		Cui rationes *eae*	*hae*
		Erechtheo (*Erichtheo* Alii)	erictheo
		cupide mortem expetiverunt	*cupidae*
		immisit *hostes*	*hostis*
		victrices Athenas	athenas victrices
		Iphigenia Aulide duci se	Ephigenia se aulide duci
		hostium [sanguis] (∼ om. *sanguis* R. Gr. Alii prob. Bruto. Orell. uncis incl.)	* hostium sanguis (Plurimi)
		eliciatur suo	eiiciatur suo
XLIX.		Harmodius *in ore*	*more* (mo-re)
		Aristogito	* aristogiton
	117.	affert loci;	loci affert:
		sommo (error typogr.)	somno
		At vero *sapiens ille,*	= ille sapiens. (R.)
	118.	vinclis	* uinculis
		paratum nobis	nobis paratum
	119.	*Sin* reflantibus (— *sin e* R. — *si enim* PABSECV)	. *et si*
		idne miserum *esse uni* potest	*uni esse*
		epilogus firmiorem.	*epilogos*
		tribuamus aliquid:	aliquid tribuamus.
		habeant aegritudinum, *formidinum,* cupiditatum: *qui omni e* philosophia.	*habent aegritudinem* cupiditatum *cum omni* philosophia

Memo-

Memorabilem denique lectionis varietatem inde a cap. XXIX exhibet alterni sermonis designatio. Sic enim legitur in codice nostro:

Cap 29, 70. *A. In quo igitur loco est. M. Credo equidem . . .*

31, 76. (A. pergit:) *Adsunt enim qui haec non probent. M. Ego autem nunquam . . .*

32, 78. Omittitur M. ante *Numquid,* et A. ante *Istos,* ita ut tota oratio inde a verbis: *Sane quidem . . .* usque ad: *Bene reprehendis . . . .* tribuatur Auditori. Mox

79. legitur: *A. Credamus igitur . . .* et

33, 81. *M. Ego vero memineram*

34, 82. *A. Video te . . . M. Spero fore . . . A. Mali vero quid . . .*

37, 90. pro: *At id . . . carere* codex habet: *M. Et id quidem odiosum est. A. Odiosum si id esset carere. Cum vero . . .*

47, 112. *M. Tu longior . . . malis. A. Nunc* (pro *num*) *igitur etiam rhetorum . . . relinquamus* (pro *relinquimus*)? *M. Tu vero istam ne . . . quidquid est.* (113.) *M. Deorum immortalium iudicia . . .*

49, 119. *M. Ego vero: et quidem fecit . . . . . firmiorem. A. Optime, inquam . . .*

Krieger, Prof.

